



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De modis quibus Jure Ordinario acquirantur BBeneficia. Tit. 1

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

# LIBER QUINTUS.

## TITULUS I.

De modis quibus Iure Ordinario acquirantur Beneficia.

### SUMMARI A.

- 1. *Continuatio.* sunt Ordinarii, vel Extraordinarii.
- 2. *Modi quibus Beneficia acquiri possint, hodie vel* 3. *Qui Illi.*



Explicavimus præcedenti libro ea, quæ in Beneficiorum acquisitione observatu necessaria, explicandi nunc modi, quibus ea acquiri possunt.

Fuit olim tantum unus: Nempè Electio; ut patet ex ritu ab Apostolis observato: *Actor. cap. 1. & 6. & 13. & 14. Euseb. lib. 3. histor. Ecclesiast. cap. 11.* Postea, hominum mores, variis ætatibus & sæculis subinde mutati, fecerunt ut orti fuerint multi; iique vel *Ordinarii*, vel *Extraordinarii*.

*Ordinarios* examinabimus hoc libro; *Extraordinarios* sequenti, idque singulis titulis.

Sunt *Illi*: *Electio*, *Postulatio*, *Translatio*, *Collatio*, sive fiat *Jure Ordinario*, sive *devoluto*; *Presentatio*, *Institutio*, *Conjunctio*, seu *Unio*, *Commenda*, & *Possessio Triennalis*.

[Cc]

TITU.